סָפַח (fudit, effudit) perfudit oleo, unxit. — *Pi.* infudit. — *Py.* profusus, prostratus est.' (*Al.* congregatus est.) — II) *i q.* סָפָה, יָסַף. *Niph. et Hithpa.* se adjunxit.

סָפִיחַ *m.* (effusum) inundatio; 2) frumentum e sementi anni antegressi sponte proveniens; *pl.* סְפִיחִים.

סַפַּחַת *f.* scabies, porrigo.

מִסְפַּחַת *f.* pars corporis scabie affecta.

מִסְפָּחוֹת *f. pl.* pulvilli, cervicalia.

סִפַּי *N. pr. i. q.* סַף.

סַפִּיר *m.* sapphirus.

סֵפֶל *m.* labrum, pelvis.

סָפַן texit; contignavit; contabulavit.

סְפוּן *m.* tegmen, laquear.

סְפִינָה *f.* navis.

סַף, הִסְתּוֹפֵף *v.* סָפַף.

סָפַק percussit (femur manu), complosit (manus); castigavit. — II) evomuit *Jer.* 48.

סֵפֶק *m.* sufficientia, abundantia, *c. suff.* סִפְקוֹ.

סָפַר (*fut.* יִסְפֹּר) numeravit, scripsit; *part.* סֹפֵר (*pl.* סֹפְרִים) scriba; scriba regius, militaris; legis peritus, γραμματεύς. — *Niph.* numeratus est. — *Pi.* סִפֵּר numeravit; narravit; praedicavit, laudavit; locutus est. — *Py.* סֻפַּר narratum est.

סָפַר *m. chald.* scriba; legis peritus.

סְפָר *m.* numeratio, computatio.

סֵפֶר *m.* (*c. suff.* סִפְרְךָ, *pl.* סְפָרִים, סִפְרֵי) scriptura; scriptum, liber; libellus; epistola.

סְפַר *m. chald.* liber.

סִפְרָה *f.* liber.

סֹפֶרֶת (scriba) *N. pr. m.*

סְפוֹרָה *f.* numerus.

מִסְפָּר *m.* numerus; אַנְשֵׁי מ׳ s. מְתֵי מ׳ homines pauci; 2) narratio *Jud.* 7, 15. 3) *N. pr. m.* (מִסְפֶּרֶת *id.*)

סְפָר (littus) *N. pr.* urbis arab. *Gen.* 10, 30.

סְפָרַד *N. pr.* regionis in quam exules Jud. missi sunt.

סְפַרְוַיִם *N. pr.* urbis Assyriae, ex qua colonia in Palaest. ducta est. — סְפַרְוִים *nom. gent.*

סָקַל lapidavit. — *Pi.* lapidavit; elapidavit. — *Niph. et Py.* lapidatus est.

סָרָב refractarius, rebellis.

סַרְבָּלִין m. pl. chald. braccae laxae Persarum.

סַרְגּוֹן N. pr. regis Assyriae.

סֶרֶד N. pr. m.; patron. סַרְדִּי.

סָרָה, סָרָה v. סוּר, סרר.

סָרַח late effusus fuit; stratus est (in lecto); redundavit. — Niph. effusus, profusus est.

סֶרַח m. redundantia, redundans.

סִרְיוֹן i. q. שִׁרְיוֹן v. שׁרה.

סָרִיס m. (st. c. סְרִיס, pl. סָרִיסִים. סְרִיסֵי) eunuchus; minister aulicus.

סָרְכִין m. pl. chald. principes, praefecti.

סְרָנִים st. c. סַרְנֵי m. pl. axes; principes (Philistaeorum).

סַרְעַפּוֹת v. סעף.

סָרַף i. q. שָׂרַף — Pi. part. מְסָרֵף combustor cadaverum.

סִרְפַּד m. nom. fruticis ignotae, LXX. κόνυζα, Vulg. urtica.

סָרַר part. סֹרֵר (pl. סוֹרְרִים; fem. סוֹרֵרָה, סוֹרֶרֶת) rebellis.

סַר m. סָרָה f. conturbatus, tristis 1 Reg. 20. 21. — Al. סָרָה v. s. סוּר.

סָתָה rad. inus. arab. hiemavit.

סְתָו (סְתָיו) m. hiems.

סָתַם obstruxit, obturavit; occlusit, occultavit.—Niph. occlusus, obstructus est. — Pi. obstruxit, obturavit.

סָתַר — Niph. נִסְתַּר occultus fuit, latuit; se occultavit. Part. נִסְתָּר occultum, arcanum; pl. נִסְתָּרוֹת arcana; peccata incognita.— Pi. abscondidit. — Py. latuit. — Hiph. הִסְתִּיר velavit, obtexit; occultavit; protexit, defendit. — Hithp. הִסְתַּתֵּר se occultavit.

סְתַר chald. Pa. סַתַּר abscondidit, occultavit; destruxit.

סְתוּר (occultus) N. pr. principis Ascheritarum.

סֵתֶר m. (c. suff. סִתְרִי) occultatio (בַּסֵּתֶר clanculum); latebra, latibulum; praesidium, tutela.

סִתְרָה f. tutela.

סִתְרִי N. pr. m.

מִסְתָּר m. latebra, latibulum.

מִסְתּוֹר m. id.

ע

עָבַב rad. inus. arab. latuit; texit; vel i. q. עָבָה.

עָב *m.* tectum columnarum, epistylium. (*Al.* trabs. *Al.* limen.) — *Al. v. s.* עֹבִי.

עֹב *m., pl.* עֻבִּים *id.*

עָבַד (*inf. et imp.* עֲבֹד, *fut.* יַעֲבֹד) operatus est, laborem subiit; operam s. laborem collocavit in alqa re *sq. accus.*; serviit alicui *sq. acc.*, לְ, עִם, לִפְנֵי; coluit, veneratus est (Deum s. Deos) *sq. acc.*, לְ; sacra fecit; ministerium exegit ab alqo, laborem imposuit alicui *sq.* בְּ, in servitutem redegit. — *Niph.* נֶעֱבַד opera collocata est; cultus est (ager).—*Py.* עֻבַּד opus factum est, labor impositus est.—*Hiph.* הֶעֱבִיד impulit ad laborem, exercuit in labore; molestiam exhibuit; in servitutem redegit; ad cultum (Jovae) impulit. — *Hoph.* הָעֳבַד adactus est ad colendos (Deos).

עֲבַד *chald.* fecit, egit, effecit; tractavit alqm *sq.* בְּ, עִם; observavit (legem). — *Ithpe.* factus est.

עֶבֶד *m.* (*c. suff.* עַבְדּוֹ, *pl.* עֲבָדִים) servus; minister; עֶבֶד יְהוָה servus Jovae (pius Dei cultor, populus Isr., propheta, angelus). 2) *N. pr.* virorum.

עֲבֵד *m. chald. id.*

עֹבֵד *N. pr.* virorum.

עַבְדָּא *N. pr.* virorum.

עַבְדְּאֵל (servus Dei) *N. pr. m.*

עַבְדּוֹן (serviens) *N. pr.* oppidi Levit. in tribu Ascher.

עַבְדִּי *N. pr.* virorum.

עַבְדִּיאֵל *N. pr. m.*

עֹבַדְיָה, עֹבַדְיָהוּ (servus Jovae, Ἀβδίας) *N. pr.* prophetae; 2) mult. al. virorum.

עֶבֶד מֶלֶךְ *N. pr.* Aethiopis, ministri Zedekiae.

עֲבֵד (נְגוֹא) נְגוֹ (servus alacer) *cognom.* Asarjae.

עֲבָד *m.* factum, opus.

עֲבֹדָה *f.* servitium, opus servile, negotium; ministerium sacrum; opus rusticum; usus, לַעֲבֹדַת הָאָדָם in usum hominum.

עֲבֻדָּה *f.* famulitium, familia.

עֲבִידָא *f. chald.* opus, negotium.

עַבְדוּת *f.* servitus.

מַעֲבָד *m., pl.* מַעֲבָדִים opera, studia.

עָבָה densus, crassus fuit.

עֳבִי *m.* densitas.

עֳבִי *m.* crassities.

מַעֲבֶה *m.* densitas.

עָבַט (mutavit) pigneravit, mutuum accepit, *fut.* יַעֲבֹט. — *Pi.* mutavit. — *Hiph.* הֶעֱבִיט mutuum dedit.

עֲבוֹט *m.* pignus.

עֲבַטִּיט *m.* multitudo pignorum acceptorum.

עָבַר (*inf. et imp.* עֲבֹר, *fut.* יַעֲבֹר) transiit, transgressus est *sq. accus.*, בְּ; migravit (legem, עָבַר בְּרִית foedus violavit); excessit, redundavit, inundavit; obruit alqm *sq.* עַל; praeteriit *sq.* לִפְנֵי, עַל פְּנֵי, מֵעַל, עַל, *accus.*; interiit, evanuit; pertransiit, pervasit *sq.* בְּ, *acc.*; processit ulterius, profectus est *sq. acc.*, עַל; peragravit, obiit *sq. accus.*, בְּ; inivit (ע׳ בִּבְרִית foedus ingressus est); praeivit *sq.* לִפְנֵי; secutus est *sq.* אַחֲרֵי; discessit, recessit *sq.* מִן; irruit in alqm., invasit, obruit *sq.* עַל. (כֶּסֶף עֹבֵר argentum usu receptum.) — *Niph.* trajectus est (fluvius). — *Pi.* עִבֵּר transmisit (pessulum); concepit, praegnans factus est. — *Hiph.* הֶעֱבִיר transmisit, trajecit; transtulit; traduxit; (vocem) emisit *sq.* בְּ per (ה׳ שׁוֹפָר tubâ cecinit); praeterire jussit, condonavit (peccatum); incitavit ad migrandam (legem); abduxit, abstulit, removit; separavit, consecravit. (ה׳ לַמֹּלֶךְ in Molechi honorem igni tradidit.) — *Hithp.* הִתְעַבֵּר modum excessit, superbivit; ira exarsit in alqm *sq.* עַל, בְּ, עִם, *accus.*

עֲבוּר (*m.* transitus) בַּעֲבוּר *praep.* pro; propter, *c. suff.* בַּעֲבוּרִי meâ causâ, בַּעֲבוּרְךָ tuâ causâ etc. 2) *conj.* ut (לְבַעֲבוּר, בַּ׳ אֲשֶׁר *id.*); quia; dum.

עָבוּר *m.* proventus, frumentum.

עֵבֶר *m.* regio s. pars ulterior; אֶל־עֵבֶר in regionem ulteriorem; e regione, versus; אֶל־עֶבְרוֹ in suam partem, seorsum; מֵעֵבֶר *sq. genit. s. dat.* trans; מִכָּל־עֲבָרִים undique; עֵבֶר אֶחָד עֵבֶר אֶחָד pars ulterior et citerior; עַל־עֵבֶר פְּנֵי in partem anteriorem alcjs, אֶל־עֵבֶר פָּנָיו in rectum s. rectâ (ire). — 2) *N. pr.* conditoris gentis hebr. עִבְ׳, בְּנֵי עֵבֶר Hebraei; b) al. virorum. — הָרֵי s. הַר הָעֲבָרִים jugum montium trans. Jord.

עֲבַר *chald.* regio ulterior; *praep.* trans.

עִבְרִי *N. gent.* Hebraeus; *pl.* עִבְרִים, עִבְרִיִּים; *fem.* עִבְרִיָּה, *pl.* עִבְרִיּוֹת.

עֲבָרָה *f.* ratis.

עֶבְרָה *f.* (transgressio modi) nimia vehementia, excandescentia; ira vehementissima; arrogantia insolentissima.

מַעֲבָר *m.* transitus; vadum; fauces (montium).

מַעְבָּרָה *f.*, *pl.* מַעְבָּרוֹת vadum; vallis angusta.

עַבְרֹנָה *N. pr.* stationis Israelit.

עָבַשׁ putruit.

עָבַת — *Pi.* implexit, contorsit, pervertit.

עָבֹת *m.* עֲבֻתָּה *f.* implexus, perplexus.

עֲבוֹת *m.* (*pl.* עֲבֹתִים, עֲבֹתֹת) funis; vinculum; opus tortile; *pl.* rami perplexi et densi.

עָגַב (*fut.* יַעְגַּב) amavit, amore incesto flagravit *sq.* עַל, אֶל.

עֲגָבָה *f.* amor incestus, *c. suff.* עַגְבָתָהּ.

עֲגָבִים *m. pl.* deliciae.

עֻגָב, עוּגָב *m. nom.* instrumenti musici.

עֻגָה, עֻגָּה *v.* עוג.

עָגוּר *m. nom.* avis ex aliis in alias terras migrantis (grus).

עָגַל *rad. inus. syr.* volvit, circumegit, rotavit.

עָגֹל *m.* עֲגֻלָּה *f.* rotundus.

עָגִיל *m.* inauris.

עֵגֶל *m.* (*c. suff.* עֶגְלֵךְ) vitulus; *trop.* עֶגְלֵי עַמִּים tauri *i. e.* duces populorum.

עֶגְלָה *f.* vitula. 2) *N. pr.* conjugis Davidis.

עֲגָלָה *f.* (*c. suff.* עֶגְלָתוֹ; *pl.* עֲגָלוֹת, עֶגְלוֹת) currus, plaustrum.

עֶגְלוֹן *N. pr.* urbis in tribu Juda; 2) regis Moabit.

מַעְגָּל *s.* מַעְגָּל *m.* (*pl.* מַעְגָּלִים, מַעְגָּלוֹת) orbita; via, *trop.* agendi ratio; 2) carrago, propugnaculum plaustrorum junctorum.

מַעְגָּלָה *f.* carrago.

עָגַם tristis, anxius fuit.

עָגַן — *Niph.* se occlusit s. continuit.

עַד *v.* עדה; עַד, עֵד *v.* עוד.

עָדַד *rad. inus. arab.* numeravit, computavit; destinavit (tempus). *Pil. et Hithp. v. s.* עוד.

עִדִּים menstrua.

עִדָּן *m. chald.* tempus; annus.

עֵדָה *v.* יעד, עוד.

עָדָה (*fut.* יַעְדֶּה) transiit, processit; 2) irruit, hostiliter invasit (praedatus est *cf.* עַד); 3) induit (ornatum), ornavit se alqa re *sq. accus.* — *Hiph.* removit, se exuit (veste); ornavit alqm.

עֲדָה, עֲדָא *chald.* transiit, tetigit alqd *sq.* בְּ; sublatus est; ablatus est *sq.* מִן. — *Aph.* abstulit, removit.

עַד *m.* praeda *Gen.* 49, 27. *Jes.* 33. *Zeph.* 3. — 2) diu-

turnitas, aeternitas; לָעַד, עוֹלָם וָעֶד, לְעוֹלָם וָעֶד, עֲדֵי עַד in aeternum. — עַד (pl. עֲדֵי) *partic.* usque ad (de temp., loco et gradu), ad; *c.verbis*: donec, usque dum; dum. עַד־אִם usque dum; (שֶׁ׳) עַד־אֲשֶׁר usque dum; עַד־אֲשֶׁר אִם donec; עַד־לֹא, עַד־אֲשֶׁר לֹא antequam. *Cum suff.* עָדַי ad me; עָדֶיךָ; עָדָיו, עָדֶיהָ; עֲדֵיכֶם.

עַד *chald.* ad, usque ad; donec. עַד־דִּי usque dum.

עָדָה (ornamentum) *N. pr.* uxoris Lamechi; 2) uxoris Esavi.

עֲדִי *m.* (*in pausa* עֶדִי; *c. suff.* עֶדְיְךָ, עֶדְיוֹ; *pl.* עֲדָיִים) ornatus, ornamentum; 2) aetas, senectus *Ps.* 103, 5.

עֲדִיאֵל (ornamentum Dei) *N. pr.* virorum.

עֲדָיָה, עֲדָיָהוּ (ornamentum Jovae) *N. pr.* virorum.

עֲדִיתַיִם (ornatus duplex) *N. pr.* oppidi in tribu Juda.

עִדּוֹ, עִדּוֹא (tempestivus) *N.pr.* prophetae; 2) avi Zachariae.

עֵדוּת *v.* עוּד.

עָדַל *rad. inus. arab.* justus, aequus fuit.

עַדְלַי *N. pr. m.*

עֲדֻלָּם *N. pr.* speluncae et oppidi in tribu Juda; *nom, gent.* עֲדֻלָּמִי.

עָדַן — *Hithp.* vitae molli et delicatae se dedit, bene fuit alicui.

עָדִין — *fem.* עֲדִינָה mollis, delicata; (*subst.* percussio 2 *Sam.* 23, 8.).

עֲדִינָא (mollis) *N. pr. m.*

עֵדֶן *m.* voluptas. 2) *N. pr.* regionis amoenae, in quâ vixerunt primi homines.

עֶדֶן *N. pr.* regionis in Mesopotamia. בֵּית ע׳ *v.* בַּיִת.

עֶדְנָה *f.* voluptas.

עַדְנָא *N. pr. m.*

עַדְנָה *N. pr.* virorum.

מַעֲדַנּוֹת, מַעֲדַנִּים, מַעֲדָנִים *pl.* deliciae, oblectamenta; cupediae; *adv.* lubenter. 2) מַעֲדַנּוֹת *transp. pro* מַעֲנַדּוֹת vincula (Plejadum) *cf.* עָנַד.

עֲדֶן *pro* עַד הֵן, עֲדֶנָּה *pro* עַד־הֵנָּה hucusque *cf.* עַד.

עִדָּן *v.* עדד.

עֲדָדָה *N. pr.* oppidi in tribu Juda.

עָדַף redundavit, superfluus fuit; *sq.* עַל superavit numerum alcjs; dependit. — *Hiph.* הֶעְדִּיף superfluum accepit s. habuit.

עָדַר ordinavit, disposuit (aciem); 2) sarrivit.— II) *Niph.* נֶעְדַּר relictus est, remansit;

desideratus est; defuit. — *Pi.* עִדֵּר deesse passus est.

עֵדֶר *m.* (*c. suff.* עֶדְרוֹ; *pl.* עֲדָרִים, עֶדְרֵי) grex. — 2) *N. pr.* oppidi in tribu Juda; b) viri cujusd.

עֵדֶר *N. pr. m.*

עַדְרִיאֵל (grex Dei) *N. pr.* generi Sauli.

מַעְדֵּר *m.* sarculum.

עֲדָשִׁים *m. pl.* lentes.

עַוָּא, עִוָּה *N. pr.* urbis in Mesopotamia. — *N. gent.* עַוִּים Avvaei, incolae huj. urbis; b) nomades in Philistaeorum terra.

עוּב — *Hiph.* הֵעִיב caligine obtexit, obscuravit.

עָב *com.* (*pl.* עָבִים, עָבֵי; עָבוֹת) obscuritas, caligo; nubes; latibulum. — *Al. v. s.* עָבַב.

עֵיבָל, עוֹבָל *N. pr.* gentis arab.

עוּג coquere (panem).

עֻגָה, עֻגָּה *f.* placenta, ἐγκρυφίας.

מָעוֹג *m. id.*

עוֹג *N. pr.* regis Basanitarum.

עוּד *Kal inus.* verti, reverti; iterare, iterum dicere, contestari (*Thren.* 2, 13. *Cthib*). — *Pi.* עִוֵּד circumdedit. — *Hiph.* הֵעִיד testes adhibuit; contestatus est (terram et coelum) contra alqm *sq.* בְּ; testatus est, testimonium dedit *sq. accus.*; obsecravit, obtestatus est; graviter hortatus est alqm *sq.* בְּ, עַל; palam professus est alqd; הֵעִיד עֵדוּת בְּ praecepta dedit alic. — *Hoph.* הוּעַד indicatum est alicui *sq.* בְּ. — *Pil.* עוֹדֵד restituit, confirmavit. — *Hithpol.* הִתְעוֹדֵד se statuit, erectum se sustinuit.

עֵד *m.* testis; testimonium (עָנָה עֵד בְּ testimonium edidit contra alqm); monitor, princeps.

עֵדָה *f.* testis; testimonium; praeceptum. — *Al. v. s.* יָעַד.

עֵדוּת, עֵדֻת *f.* (*pl.* עֵדְוֹת) decretum, praeceptum (Dei); lex divina, tabulae legis (לֻחֹת הָעֵדוּת; אֲרוֹן הָעֵדוּת arca tabularum legis; אֹהֶל הָעֵדוּת tabernaculum legis. — *Ps.* 60, 1. 80, 1. *fort. i. q.* כִּנּוֹר.

עוֹד, עֹד (*inf. abs. v.* עוּד) iterum, denuo; continuo; amplius, porro; adhuc. *Cum suff.* עוֹדֶנִּי adhuc ego (sum); עוֹדְךָ adhuc tu; עוֹדֶנּוּ, עוֹדֶנָּה adhuc ille, illa; עוֹדָם adhuc illi, etc. — בְּעֹד, בְּעוֹד dum adhuc, quamdiu. מֵעוֹד ex quo temp., מֵעוֹדִי ex quo ego sum.

עֹוֵדד (confirmatus) *N. pr.* patris Asarjae proph.; 2) al. prophetae.

תְּעוּדָה *f.* praeceptum, lex divina; mos, consuetudo.

עַוָּא, עַוִּים, עִוָּה *v.* עַוָּא.

עָוָה (inflexus, tortuosus fuit) perverse, improbe egit. — *Niph.* נַעֲוָה incurvatus est; *trop.* perversus fuit. — *Pi.* עִוָּה contortum fecit; pervertit. — *Hiph.* הֶעֱוָה perversum reddidit, pervertit; inique, impie egit.

עַוָּה *f.* eversio.

עֲוָיָא *f. chald.* perversitas, iniquitas.

עָוֹן, עָווֹן *m.* (*st. c.* עֲוֹן, *c. suff.* עֲוֹנָהּ; *pl.* עֲוֹנִים, עֲוֹנוֹת) perversitas, peccatum, crimen, culpa; poena peccati.

עֲוִית, עַיּוֹת *N. pr.* oppidi Edomitici.

עִי *m.* (*pl.* עִיִּים) acervus ruderum. 2) עִיִּים *N. pr.* partis montis Abarim; b) oppidi in tribu Juda.

עַי, עַיָּא, עַיָּה, עַיָּת *N. pr.* urbis cananit. in tribu Benj.

עִיּוֹן *N. pr.* oppidi muniti in tribu Naphth.

עִוְעִים *m. pl.* perversitas, *Vulg.* vertigo.

מְעִי *m.* acervus ruderum.

עוּז fugere. — *Hiph.* הֵעִיז in locum tutum contulit.

עוֹז *v.* עזז.

עוט *rad. inus. arab.* fodere.

עֵט *m.* stylus ferreus; calamus.

עוּל lactare, *part. f. pl.* עָלוֹת lactantes.

עוּל *m.* infans.

עֲוִיל *m.* parvulus, infans. — *Cf.* עֲוָל.

עָוַל (*arab.* declinare, deflectere.) *Pi.* עִוֵּל injuste, improbe egit.

עֲוִיל *m.* injustus.

עַוָּל *m.* homo injustus, impius.

עָוֶל, עֶוֶל *m.* improbitas.

עַוְלָה *f. id.*, *c.* ה *parag.* עַוְלָתָה.

עוֹלָה *f. id.*, *c.* ה *par.* עֹלָתָה, *pl.* עוֹלוֹת. — *Al. v. s.* עָלָה.

עוֹלָל, עוֹלֵל, עוֹלֵלוֹת *v.* עלל.

עוֹלָם *v.* עלם.

עון *rad. inus. arab.* habitare.

עוֹנָה *f.* concubitus.

מָעוֹן *m.* habitatio, habitaculum; lustrum (ferarum); refugium. 2) *N. pr.* oppidi in tribu Juda; b) gentis exterae; c) viri cujusd.

מְעוֹנָה, מְעֹנָה *f.* habitaculum; lustrum; refugium.

מְעוּנִים *N. pr.* incolarum urbis Maon.

מְעוֹנֹתַי *N. pr. m.*

עָוֹן, עִוְעִים *v.* עוה.

עוּף (*fut.* יָעוּף) volare, avolare, advolare, involare; evanescere. — *Pil.* עוֹפֵף volitavit; vibravit (ensem). — *Hiph.* volare fecit. — *Hithpol.* avolavit, celeriter ablatus est. — II) caligine tegi; *trop.* viribus deficere, *fut.* וַיָּעַף.

עוֹף *m. collect.* aves. — *Chald. id.*

עֵיפָה *f.*(*c.* ה *parag.* עֵיפָתָה) obscuritas, caligo. 2) *N. pr.* filii Midianis et gentis midianit. b) viri; c) feminae.

עַפְעַפַּיִם *st. c.* עַפְעַפֵּי *m. dual.* palpebrae.

מָעוּף *m.* caligo.

מוּעָף *m. id.*

עוּץ (*imp. pl.* עֻצוּ) consulere, consilium dare.

עוּץ *N. pr.* regionis in Arabia deserta, *Αὐσῖτις*.

עוּק — *Hiph.* הֵעִיק pressit, depressit.

עָקָה *f.* oppressio.

מוּעָקָה *f.* onus premens.

עוּר expergisci (*imp.* עוּרָה, עוּרִי age! agedum!); vigilavit. — *Niph.* נֵעוֹר expergefactus, excitatus est; se excitavit, surrexit. — *Pil.* עוֹרֵר expergefecit; excitavit; vibravit (hastam). — *Hiph.* הֵעִיר expergefecit; excitavit; evigilavit. — *Hithp.* הִתְעוֹרֵר se excitavit, surrexit; exsultavit. — II) *i. q.* עָרָה, *Niph.* נֵעוֹר nudatus est. — III) *arab.* depressus, profundus fuit.

עוֹר *m.* (*pl.* עוֹרוֹת) cutis; pellis, corium; corpus. — עוֹר שִׁנַּיִם gingiva.

עִיר *m. chald.* vigil (angelus).

מְעָרָה *f.* caverna.

מְעוֹרִים *m. pl.* pudenda.

עָוַר — *Pi.* עִוֵּר caecum reddidit; occaecavit.

עוּר *m. chald.* gluma, palea.

עִוֵּר *m.* עִוְרָה *f.* caecus.

עִוָּרוֹן *m.* caecitas.

עַוֶּרֶת *f. id.*

עוּשׁ se congregare.

עוּת sustentare, opem ferre.

עָוַת — *Pi.* עִוֵּת incurvavit, flexit, invertit. — *Py. part.* מְעֻוָּת curvatum. — *Hithpa.* se incurvavit.

עַוָּתָה *f.* oppressio, injuria.

עוּתַי *N. pr.* virorum.

עֵז *f.* (*pl.* עִזִּים) capra; *pl.* pilae caprinae.

עֵז *f. chald.* capra.

עַז, עֹז, עָזָא *v.* עזז.

עֲזָאזֵל *m.* averruncus (deus s. daemon). *Al.* hircus abiens. *LXX.* ἀποπομπαῖος.

עָזַב (*fut.* יַעֲזֹב) reliquit; deseruit; omisit, intermisit *sq. inf.*, neglexit; misit, destitit; dimisit, manumisit; commisit alicui *sq.* לְ, אֶל, *intrans.* se commisit alicui *sq.* עַל. — *Niph.* נֶעֱזַב desertus, desolatus est; commissus est *sq.* לְ. — *Pu.* עֻזַּב desertus est.

עֲזוּבָה *f.* derelictio, desolatio. 2) *N. pr.* matris Josaphati; b) uxoris Calebi.

עִזְבוֹנִים *m. pl.* merces; nundinae, emporium.

עַזְבּוּק *N. pr. m.*

עַזְגָּד *N. pr. m.*

עָזַז (*fut.* יָעֹז, וַיָּעָז, *inf.* עֲזוֹז) firmus, robustus fuit, valuit; se validum praebuit; validus factus est, invaluit; robur addidit, confirmavit. — *Hiph.* הֵעֵז obfirmavit, ה׳ בְּפָנָיו *s.* פָּנָיו pertinax fuit.

עַז *in pausa* עָז *m.* (*pl.* עַזִּים; *fem.* עַזָּה, *pl.* עַזּוֹת) robustus, fortis, vehemens; gravis; firmus, munitus; durus, asper; עַז־פָּנִים pertinax. — *Subst.* robur.

עַזָּה (munita) *N. pr.* urbis Philistaeorum; *nom. gent.* עַזָּתִי.

עֹז, עוֹז, עֹז־ עָז *m.* (*c. suff.* עֻזִּי, עוּזְּךָ, עֻזִּי) robur, potentia (*adv.* potenter); firmitas; praesidium; עֹז פָּנִים pertinacia; 2) majestas; gloria, laus.

עֻזָּא, עֻזָּה *N. pr.* virorum.

עֱזוּז *m.* robur; vehementia.

עִזּוּז *m.* robustus, fortis; *collect.* robusti.

עַזָּן *N. pr. m.*

עֲזַזְיָהוּ (Jova roborat) *N pr.* virorum.

עֻזִּי *N. pr.* mult. virorum.

עֻזִּיאֵל (robur Dei) *N. pr.* mult. virorum.

עֻזִּיאֵלִי *i. q.* יַעֲזִיאֵל.

עֻזִּיָּה, עֻזִּיָּהוּ (potentia Jovae) *N. pr.* regis Jud. *LXX.* Ὀζίας, *alibi* עֲזַרְיָה; 2) al. virorum.

עֲזִיזָא *N. pr. m.*

עַזְמָוֶת (fortis ad mortem usque) *N. pr.* ducis milit. Dav. 2) al. viri; 3) בֵּית ע׳ locus in tribu Juda vel Benj.

מָעֹז, מָעוֹז *m.* (*c. suff.* מָעֻזִּי, מָעוּזִּי; *pl.* מָעֻזִּים) locus firmus et munitus, munimentum; *trop.* praesidium, refugium.

עָזְנִיָּה *f.* aquila s. haliaeetus.

עָזַק — *Pi.* עִזֵּק fodit.

עִזְקָא *f. chald.* annulus signatorius.

עֲזֵקָה (novale) *N. pr.* urbis in tribu Juda.

עָזַר (*fut.* יַעְזֹר, *pl.* יַעְזְרוּ; *imp.*

c. *suff.* עֲזָרַנִי, *pl.* עֲזָרֻנִי) auxiliatus est, adjuvit alqm *sq. accus.*, לְ, עִם, אַחֲרֵי; *part.* עֹזֵר adjutor, patronus, socius. — *Niph.* נֶעֱזַר adjutus est. — *Hiph.* adjuvit.

עֵזֶר *m.* (*c. suff.* עֶזְרוֹ) auxilium; *concr.* adjutor, adjutrix. 2) *N. pr.* virorum.

עֶזֶר *N. pr.* virorum.

עֶזְרָה, עֶזְרַת *f.* (*c.* ה *parag.* עֶזְרָתָה) auxilium. — *N. pr. i. q.* עֵזֶר.

עֶזְרָא *Nom. pr. m.*, *LXX.* Ἔσδρας.

עֲזוּר, עַזֻּר (adjutor) *N. pr.* virorum.

עֲזַרְאֵל (Deus juvat) *N. pr.* virorum.

עֲזָרָה *f.* atrium templi; crepido.

עֶזְרִי *N. pr. m.*

עַזְרִיאֵל (auxilium Dei) *N. pr.* virorum.

עֲזַרְיָהוּ, עֲזַרְיָה (juvit Jova) *N. pr.* regis Jud. *i. q.* עֻזִּיָּה; 2) al. virorum.

עַזְרִיקָם (auxilium exstitit) *N. pr.* virorum.

עט *v.* עוט; עֵטָא *v.* יעט.

עָטָה prehendit; manus injecit *sq.* אֶל. — II) texit, operuit *sq.* עַל; se operuit, induit, indutus est *sq. accus.* — *Hiph.* הֶעֱטָה operuit *sq. acc. dupl.*, *acc. et* עַל.

מַעֲטֶה *m.* amictus, vestimentum.

עֲטַלֵּף *m.* vespertilio.

עָטַן *rad. inus. arab.* ad potandum procubuit (pecus).

עֲטִין *m.*, *pl.* עֲטִינִים stationes pecoris.

עָטַף (*fut.* יַעֲטֹף) obtexit alqm *sq.* לְ; induit, indutus est *sq. acc.*; *metaph.* élanguit, *part.* עָטוּף languens, debilis.—*Niph.* languit.—*Hiph.* הֶעֱטִיף viribus defecit. — *Hithp.* הִתְעַטֵּף elanguit, fractus est (animus).

מַעֲטָפָה *f.* tunica, pallium.

עָטַר cinxit, circumdedit *sq. accus. dupl.* (tuendi causa s. hostiliter). — *Pi.* עִטֵּר coronâ cinxit, coronavit *sq. acc. dupl.*, לְ. — *Hiph. part. f.* מַעֲטִירָה coronas praebens.

עֲטָרָה (*st. c.* עֲטֶרֶת, *pl.* עֲטָרוֹת) *f.* corona (regia s. convivalis); *trop.* de summa dignitate s. ornamento maximo. 2) *N. pr. f.* — *Pl.* עֲטָרוֹת *N. pr.* urbis in tribu Gad; עַטְרוֹת אַדָּר *et* עֲטָרוֹת in tr. Ephr.; ע׳ בֵּית יוֹאָב in tr. Juda; ע׳ שׁוֹפָן in tr. Gad.

עָטַשׁ *rad. inus. arab.* sternutavit.

עֲטִישָׁה *f.* sternutatio.

עָיוֹן, עַיָּא, עַיָּה, עֵיבָם, עֵי, עַי v. עָוָה. עַיּוֹת

עֵיבָל N. pr. i. q. עוֹבָל; 2) rupes in agro mont. Ephr. septentrionali, LXX. Γαιβάλ.

עִיט iratus est, increpuit aliquem sq. בְּ, fut. וַיָּעַט.

עַיִט st. c. עֵיט m. fera, bestia rapax; avis rapax, *collect.* aves rapaces.

עֵיטָם N. pr. oppidi et rupis in tribu Juda.

עֵילוֹם i. q. עוֹלָם v. עלם.

עִילַי N. pr. ducis milit. Dav.

עֵילָם N. pr. populi et terrae ad mare persicum, Elymais. — עֵלְמָיֵא pl. chald. Elamitae.

עִיָּם m. aestus, ardor.

עַיִן f. (st. c. עֵין, c. suff. עֵינוֹ, dual. עֵינַיִם, עֵינֵי) oculus; bullula (vini); conspectus; vultus, facies; adspectus, species alcjs rei; superficies. לְעֵינֵי פ׳ ante oculos alcjs, coram alqo; בְּעֵינֵי coram aliquo, judice alqo; מֵעֵינֵי inscio alqo; בֵּין עֵינַיִם inter utrumque oculum, in fronte; עַיִן בְּעַיִן oculo ad oculum converso, de facie. — 2) fons; c. ה parag. עַיְנָה ad fontem, pl. עֲיָנוֹת, st.c. עֵינוֹת. — *Nomm. pr.* עַיִן oppidi Levit. in tribu Simeon; b) in Palaest. boreali. עֵינַיִם, עֵינָם opp. in tr. Juda. עֵין גֶּדִי (fons hoedi) opp. in tr. Juda. עֵין גַּנִּים (fons hortorum) opp. in tr. Juda; b) in tr. Issasch. עֵין דֹּאר, עֵין דּוֹר (fons habitationis) opp. Manassitarum. עֵין חַדָּה (fons incitatius fluens) opp. in tr. Issasch. עֵין חָצוֹר (f. muro inclusus) opp. in tr. Naphth. עֵין חֲרֹד fons prope opp. Charod. עֵין מִשְׁפָּט (f. judicii) fons in Kadesch. עֵין עֶגְלַיִם (f. vitulorum duor.) opp. in Moabit. עֵין רֹגֵל (f. fullonis) fons in confin. Jud. et Benj. עֵין רִמּוֹן opp. in tr. Juda. עֵין שֶׁמֶשׁ (f. solis) opp. in conf. Judae et Benj. עֵין תַּנִּים (f. belluarum s. canum ferorum) fons prope Hierosol. עֵין תַּפּוּחַ opp. in fin. Manass.

עַיִן com. chald. oculus.

עוֹיֵן m. obliquis oculis adspiciens, invidiose observans.

עֵינָן N. pr. m.

מַעְיָן m. (c. ו parag. מַעְיְנוֹ, c. suff. מַעְיָנוֹ; pl. מַעְיָנִים, מַעְיְנוֹת, מַעְיָנוֹת, מַעְיְנֵי) locus fontis, scaturigo; fons.

עָיֵף languit, defatigatus est. (וַיָּעַף cf. יעף.)

עָיֵף m. עֲיֵפָה f. languens, fatiscens, defatigatus.

עֵיפַי N. pr. m.

עֵיפָה v. עוף.

עִיר *rad. inus. arab.* ferbuit, aestuavit; 2) fugit, vagatus est.

עַיִר *m.* (*c. suff.* עִירֹה, *pl.* עֲיָרִים) asellus, asinus.

עִיר *m.* aestus animi, pavor. — 2) urbs; patria; pars urbis; עִירָה in urbem; *pl.* עָרִים *cf. sq. v.*

עָר *m.* inimicus, hostis. — 2) urbs, *pl.* עָרִים; עָר־, עַר־ מוֹאָב Areopolis, urbs prim. Moabit. ad Arnonem fluv.

עָר *m. chald.* inimicus.

עִיר *chald. v.* עור.

עִירָא *N. pr.* virorum.

עִירוּ *N. pr. m.*

עִירָם *N. pr.* principis Edomit.

עִירָד *N. pr.* patriarchae, filii Henochi.

עֵירֹם, עֵירֻמִּים *v.* ערם.

עַיִשׁ *v.* עָשׁ.

עַיָּת *i. q.* עַי *v.* עוה.

עַכָּבִישׁ *m.* aranea.

עַכְבָּר *m.* mus agrestis.

עַכְבּוֹר *N. pr.* virorum.

עַכּוֹ (arena calida) *N. pr.* urbis in tribu Ascher. (Ἄκη, Ptolemais).

עָכָן (עָכָר) *N. pr. m.*

עֶכֶס *m.* compes; *pl.* עֲכָסִים periscelides feminarum.

עכס *Pi. denom.* se periscelidibus ornavit.

עַכְסָה *N. pr.* filiae Calebi.

עָכַר (*fut. c. suff.* יַעְכָּרְךָ) conturbavit, moerore affecit, calamitatem intulit. — *Niph.* נֶעְכַּר perturbatus, commotus est; periit.

עָכוֹר (conturbans) *N. pr.* vallis prope Hierichuntem.

עָכְרָן (moeror) *N. pr. m.*

עַכְשׁוּב *m.* aspis.

עַל, עֲלָא, עַל *v.* עלה.

עַל, עִלָּא, עִלָּה *v.* עלל.

עִלֵּג *m.* balbutiens.

עָלָה (*fut.* יַעֲלֶה, *apoc.* יַעַל) adscendit *sq.* לְ, אֶל, עַל, בְּ, *accus.* (ἀναβαίνειν, in regionem elatiorem ire); sursum tetendit, duxit (via), elatus est, provenit (de rebus inanimis); elatus, auctus est, invaluit; superavit *sq.* עַל; ablatus est, evanuit; relatus est (in tabulas). — *Niph.* נַעֲלָה exaltatus est (Deus); sublime latus, sursum ductus est; abductus est, discessit, abire jussus est. — *Hiph.* הֶעֱלָה, הֶעֱלָה (*praet.* הֶעֱלִיתָ, הַעֲלִיתָ; *imp. apoc.* הַעַל; *fut.* יַעֲלֶה, *apoc.* יַעַל) in locum altiorem eduxit, adduxit, sustulit, attulit; obtulit (sacrificium); imposuit; induit alqd alicui; obduxit (aurum alicui rei); abstulit; retulit (in tabulas). — *Hoph.* הֹעֲלָה oblatus est;

relatus, inscriptus est; abductus est. — *Hithp. fut. apoc.* יִתְעַל se effert, superbit.

עָל *m.* excelsus, superus, supremus; *adv.* sursum, supra; מֵעָל superne, desuper.

עַל (*poët.* עֲלֵי; *c. suff.* עָלַי; עָלֶיהָ, עָלָיו; עָלֶיךָ, עָלַיִךְ עָלֵימוֹ, עֲלֵיהֶם, עֲלֵיכֶם) *praep.* (ὑπὲρ, ἐπὶ) super; juxta, ad, apud; in (alqo, alqd); supra, magis quam; ultra; praeter. *Transfertur ad signif. officium:* עָלַי לָתֵת meum est dare; *imperium:* super, de; *normam:* ad, secundum; *causam:* propter, pro; *conversionem ad alqd:* contra, erga; *accessionem:* ad, super; *id, de quo audit quis vel loquitur:* super, de; *rem, ex qua vivitur:* חָיָה עַל ζῆν ἐπὶ. — *Cum inf.* propterea quod; quamvis.

מֵעַל (*c. suff.* מֵעָלָיו, מֵעָלֶיךָ, מֵעֲלֵיכֶם *etc.*) *signif. remotionem e loco, qui superior est alio:* ab, ex; *rar.* super, prope, propter; *sq.* לְ super, juxta.

עַל *chald. i. q. hebr.* super, supra; apud; adversus; de.

עֵלָּא *chald. sq.* מִן super.

עָלֶה *st. c.* עֲלֵה *m.* (*c. suff.* עָלֵהוּ; *pl. constr.* עֲלֵי) folium arboris; *collect.* folia.

עֹלָה, עוֹלָה *f.* adscensus; holocaustum.

עֲלָה, עֲלָתָא *f. chald.* holocaustum.

עִלִּי, *fem.* עִלִּית superior, *pl.* עִלִּיּוֹת.

עִלַּי *m. chald.* summus(deus).

עִלִּית *f. chald.* cubiculum superius.

עֵלִי *N. pr.* sacerdotis, Ἡλί.

עֱלִי *m.* pistillum.

עֲלִיָּה *f.* conclave superius; *trop.* coenacula coeli; adscensus, via aggesta.

עֶלְיוֹן *m.* עֶלְיוֹנָה *f.* superior; excelsus, sublimis; summus (Deus), numen supremum.

עֶלְיוֹן *m. chald.* summus.

מַעֲלֶה *m.* adscensio, ortus; locus editus; suggestus.

מַעַל *m.* superius: *c.* ה *loc.* מַעְלָה sursum; ulterius, deinceps. לְמַעְלָה sursum; amplius; ulterius. מִלְמַעְלָה superne, desuper. מִמַּעַל desuper, *sq.* לְ super, supra.

מֹעַל *m* elatio.

מַעֲלָה *f.* adscensus, *trop.* cogitatio in mentem veniens; gradus (scalae); locus editus; conclave superius.

תְּעָלָה *f.* canalis, aquaeductus; fascia vulneri alligata.

עַלְוָה *f. i. q.* עַוְלָה. 2) *N. pr* gentis Edomit.

עֲלוּמִים *v.* עלם.

עַלְוָן, עַלְיָן *N. pr.* Idumaei.

עֲלוּקָה *f.* sanguisuga.

עָלַז (*fut.* יַעֲלֹז, *pl.* יַעַלְזוּ) exsultavit prae gaudio, *sq.* בְּ de alqa re; insolenter se extulit.

עָלֵז *m.* exsultans.

עַלִּיז *m.* exsultans; insolenter exsultans.

עָלַט *rad. inus. arab.* densus, spissus fuit.

עֲלָטָה *f.* caligo spissa.

עֲלִי, עֲלִית, עֲלִיָּה, עֶלְיוֹן *v.* עלה.

עֲלִיצוּת *v.* עלץ.

עָלַל *Kal inus. chald. et syr.* intravit. — *Poel* עוֹלֵל immisit, indidit; intulit, alqd mali attulit; *part.* מְעוֹלֵל puer petulans. — *Poal* inflictus est. — *Hithpa.* alqd mali intulit, *s.* fecit; illusit. — *Hithpo.* patravit (crimina). — II) *Po.* racematus est; *metaph.* penitus excidit et perdidit.

עֲלַל *chald.* ingressus est; occidit (sol). — *Aph.* הַנְעֵל introduxit. — *Hoph.* הֻעַל introductus est.

עֹל, עוֹל *m.* (*c. suff.* עֻלּוֹ) jugum; *trop.* jugum servile.

עֻלָּא *N. pr. m.*

עִלָּה *f. chald.* occasio, causa, praetextus.

עֲלִיל *m.* officina.

עוֹלֵל, עוֹלָל *m.* (*pl.* עוֹלָלִים, עֹלְלִים) parvulus, puerulus.

עוֹלֵלוֹת, עֹלֵלֹת *f. pl.* racemationes.

עֲלִילָה *f.* facinus, factum.

עֲלִילִיָּה *f.* praeclare factum.

מֶעָל *m. chald.* occasus (solis).

מַעֲלָל *m.*, *pl.* מַעֲלָלִים facinora.

תַּעֲלוּל *m.*, *pl.* תַּעֲלוּלִים vexationes, calamitates alicui illatae; 2) puerilia, pueruli.

עָלַם occultavit, *part.* עֲלֻמִים occulta (peccata). — *Niph.* נֶעְלַם absconditum, occultum fuit; *part.* נַעֲלָמִים homines astuti. — *Hiph.* הֶעְלִים occultavit, abdidit, celavit; הֶ׳ עֵינַיִם מִן oculos avertit ab alqo *i. e.* neglexit, non curavit (non adjuvit), connivere (non animadvertere in alqm); obturavit (aures); *trop.* obscuravit. — *Hithp.* הִתְעַלֵּם se occultavit, se subduxit. — II) *arab.* coëundi cupidus fuit *cf. derivv.*

עֹלָם, עוֹלָם *m.* aeternitas (de temp. praet. et fut.), מֵעוֹלָם ab aeternitate, antiquitus; יְמוֹת עוֹלָם antiquissima tempora. עוֹלָם, עַד־עוֹלָם, לְעוֹלָם, עוֹלָמִים in aeternum.

עֵילוֹם *m.* aeternitas.

עָלַם *m. chald. id.*

עֶלֶם *m.* adolescens, qui pubuit.

עַלְמָה *f.* virgo nubilis.

עֲלוּמִים *m. pl.* aetas juvenilis, adolescentia.

עַלְמוֹן (occulta) *N. pr.* oppidi in tribu Benjamin. 2) ע׳ דִּבְלָתַיְמָה *nom.* stationis Israel.

עֲלָמוֹת *pl. f.* modus musicus (modus virginum, *Jungfrau-Weiss).*

עַלְמוּת *f. id.*

עָלֶמֶת *N. pr.* virorum.

עַלֶּמֶת *i. q.* עַלְמוֹן.

תַּעֲלֻמָה *f.* occultum; *pl.* תַּעֲלֻמוֹת occulta, arcana.

עֵילָם *v.* עֵלְמָיֵא.

עָלַס laetatus est, exsultavit. — *Niph.* exsultavit.—*Hithpa.* laetitiae se dedit.

עָלַע sorpsit.

עֲלַע *com. chald.* costa.

עָלַף — *Py.* tectus est; *metaph.* elanguit. — *Hithpa.* se obvolvit; viribus defecit.

עֻלְפֶּה *m.* languens, lugens.

עָלַץ (*fut.* יַעֲלֹץ) laetatus est de alqo *sq.* בְּ, exsultavit; insultavit *sq.* לְ.

עֲלִיצוּת *f.* laetitia, exsultatio.

עַם, עָם *c. compp.*, עִם *v.* עמם.

עָמַד (*fut.* יַעֲמֹד) stetit; constitit coram alqo *sq.* לִפְנֵי; adstitit, adjuvit *sq.* עַל, adfuit *sq.* אֶת, praefuit *sq.* עַל; destitit, desiit *sq. inf. c.* מִן; perstitit, restitit *sq.* לִפְנֵי, בִּפְנֵי, מִן, נֶגֶד; perseveravit in alqa re *sq.* בְּ, mansit; constitutus, institutus est; surrexit, exstitit *sq.* עַל contra alqm. — *Hiph.* הֶעֱמִיד statuit; stabilivit, confirmavit; salvum praestitit; constituit, praefecit; decrevit; excitavit, prodire jussit; *intrans.* substitit. — *Hoph.* הָעֳמַד statutus, constitutus est; *partic.* firmum, stabile. — II) *i. q.* מָעַד, *Hiph.* vacillantem reddidit *Ez.* 29,7.

עֹמֶד *m.* statio, locus.

עַמּוּד *m.* columna.

עֶמְדָּה *f.* locus in quo subsistere licet, hospitium.

מַעֲמָד *m.* statio, locus.

עִמָּד *v.* עִם, עַמָּה, עַמּוֹן *v.* עמם.

עָמוֹס *v.* עמס; עָמוֹק *v.* עמק.

עָמִיר *v.* עמר.

עָמִית socius, alius quivis, ὁ πλησίον.

עָמַל laboravit, labore se exercuit.

עָמֵל *m.* laborans, labore se exercens (*pl.* עֲמֵלִים fabri);

afflictus, aerumnosus; *neutr.* aerumna.

עָמָל *m.* labor gravis; aerumna, molestia; res labore partae. 2) *N. pr. m.*

עֲמָלֵק *N. pr.* populi arab. inter Idumaeam et Aegyptum habitantis; עֲמָלֵקִי *nom. gent.* הַר הָעֲמָלֵקִי mons Amalecitarum in tr. Ephr.

עָמַם obscuravit; latuit. — *Hoph.* הוּעַם obscuratus est. — II) *arab.* communis fuit.

עַם, עָם *com.* (*c. suff.* עַמִּי) populus, natio (בְּנֵי עַמִּי populares mei); *metaph.* copia (animalium); — *pl.* עַמִּים, עֲמָמִים populi; tribus populi Isr.

עַם *m. chald.* populus; *pl.* עַמְמִין.

עִם (conjunctio) *praep.* (*c. suff.* עִמִּי, עִמָּדִי; עִמְּךָ, עִמָּךְ; עִמּוֹ, עִמָּנוּ; עִמָּכֶם, עִמָּם; עִמָּהֶם) c u m; ad, apud, penes, inter. — מֵעִם (ex conjunctione alcjs) ab, ex.

עִם *chald. id.*

עֻמָּה *f.* conjunctio, communitas: כָּל־עֻמַּת שֶׁ eadem ratione qua. — לְעֻמַּת prope, juxta; pariter ac, secundum; e regione; *pl.* לְעֻמּוֹת secundum; מִלְּעֻמַּת prope. — 2) *N. pr.* oppidi Ascheritarum.

עַמּוֹן (popularis) *N. pr.* filii Loti et populi ab eo oriundi; *nom. gent.* עַמּוֹנִי, *pl.* עַמֹּנִים, בְּנֵי עַמּוֹן; *fem.* עַמֹּנִית, *pl.* עַמֹּנִיּוֹת.

עַמִּיאֵל (populus Dei) *N. pr.* virorum.

עַמִּיהוּד (populus Judae) *N. pr.* virorum.

עַמִּיזָבָד (populus datoris) *N. pr. m.*

עַמִּיהוּר (populus ingenui) *N. pr. m.*

עַמִּינָדָב (populus nobilis) *N. pr.* virorum.

עַמִּישַׁדַּי (populus omnipotentis) *N. pr. m.*

עַמְעָד (populus perpetuus) *N. pr.* oppidi in tr. Ascher.

עַמְרָם (populus excelsus) *N. pr.* patris Mosis; *patron.* עַמְרָמִי; 2) al. viri.

עִמָּנוּאֵל (Deus nobiscum) *N. symb.* Messiae futuri, Ἐμμανουήλ.

עָמַס, עָמַשׂ (*fut.* יַעֲמֹס) onus portandum imposuit; onus portavit. — *Hiph.* הֶעֱמִיס onus imposuit.

עָמוֹס (onus) *N. pr.* prophetae.

עֲמַסְיָה (Jova portat) *N. pr. m.*

מַעֲמָסָה *f.* onus.

עָמַק profundus, abstrusus fuit. — *Hiph.* הֶעֱמִיק pro-

fundum fecit; *c. al. vv. conj. abit in adv.* profunde.

עָמֹק *m.* עֲמֻקָּה *f.* profundus; *trop.* abstrusus, inexplicabilis.

עָמָק *s.* עָמֵק *m. id., pl. constr.* עִמְקֵי.

עָמוֹק *N. pr. m.*

עֵמֶק *m.* (*c. suff.* עִמְקְךָ, *pl.* עֲמָקִים) campus depressus, vallis; *meton.* incola vallis.

עֹמֶק *m.* profunditas.

עֲמִיק *m. chald.* profundus, abstrusus.

מַעֲמַקִּים *m. pl.* loca profunda.

עָמַר — *Pi.* עִמֵּר colligavit, collegit (manipulos). — *Hithpa.* הִתְעַמֵּר servi loco habuit *sq.* בְּ.

עָמִיר *m.* manipulus (frugum).

עֹמֶר *m.* manipulus, *pl.* עֳמָרִים; 2) *nom.* mensurae decimam Ephae partem continentis.

עֲמֹרָה *N. pr.* urbis in planitie Siddim, *LXX.* Γομόῤῥα.

עָמְרִי *N. pr.* regis Isr., conditoris Samariae; b) al. virorum.

עֲמַר *m. chald.* lana.

עַמְרָם *v.* עמם.

עָמַשׂ *i. q.* עָמַס portavit.

עֲמָשָׂא (onus) *N. pr.* virorum.

עֲמָשַׂי (molestus) *N. pr.* virorum.

עֲמַשְׁסַי *N. pr. m.*

עָנַב *rad. inus. chald.* colligavit, connexuit.

עֲנָב *N. pr.* oppidi in tribu Juda.

עֵנָב *m.* (*pl.* עֲנָבִים, עִנְּבֵי) uva.

עָנוּב *N pr. m.*

עָנַג — *Py.* delicatus, mollis fuit. — *Hithpa.* delicate se habuit; se oblectavit *sq.* עַל, מִן; irrisit *sq.* עַל.

עָנֹג *m.* עֲנֻגָּה *f.* delicatus, mollis.

עֹנֶג *m.* deliciae, vita delicata.

תַּעֲנוּג *m.* oblectatio, voluptas; vita delicata.

עָנַד alligavit.

עָנָה (*fut.* וַיַּעַן, אֶעֱנֶה, יַעֲנֶה) respondit *sq. acc. dupl.*; responsum dedit (judex); testatus est *sq.* בְּ pro al. *vel* contra alqm; respondit (Jova precibus), exaudivit; concessit, largitus est; loqui incepit; loquendo alqm excepit; alternis canere, clamare. — *Niph.* נַעֲנָה responsum tulit; exauditus est; respondit. — *Pi.* עַנָּה cecinit. — *Hiph.* exaudivit. — II) עָנָה

curam, laborem posuit in alqa re *sq.* בְּ; afflictus est; animum abjecit; oppressus, exstinctus est. — *Niph.* afflictus est; se submisit alicui *sq.* מִפְּנֵי. — *Pi.* oppressit, depressit, afflixit; *sq.* אִשָּׁה feminam compressit; *sq.* נֶפֶשׁ jejunavit. — *Py.* afflictus est; *inf.* עֻנּוֹתוֹ ejus aerumnae. — *Hiph.* afflixit. — *Hithpa.* הִתְעַנָּה se submisit *sq.* לִפְנֵי; afflictus est.

עֲנָה *chald.* respondit; allocutus est; loqui incepit.— II) afflictus est.

עֲנָה *N. pr.* filii Seïri et gentis edomit. 2) filii Zibeonis.

עָנָו, עָנָיו *m.* (*pl.* עֲנָוִים, עַנְוֵי) afflictus, miser; animo demissus et pius; mansuetus.

עֲנָוָה *f.* animus demissus, modestia; clementia, benignitas (Dei).

עַנְוָה *f.* mansuetudo, clementia.

עֱנוּת *f.* miseria, aerumna.

עָנִי *m.* (*pl.* עֲנִיִּים; *fem.* עֲנִיָּה) afflictus, miser; mansuetus, mitis.

עֳנִי *in pausa* עֹנִי *m.* miseria.

עֻנִּי *N. pr. m.*

עֲנָיָה (Jova respondit) *N. pr. m.*

עִנְיָן *m.* negotium; res.

עֲנָת (responsum) *N. pr. m.* *cf.* בֵּית.

עֲנָתוֹת *N. pr.* urbis Levit. in tribu Benj.; *nom. gent.* עַנְּתֹתִי; 2) virorum.

עַנְתֹתִיָּה *N. pr. m.*

יַעַן (consilium, propositum) *partic.* propter; quia; יַעַן אֲשֶׁר, יַעַן כִּי quia; ut. יַעַן וּבְיַעַן, בְּיַעַן *id.*

יַעְנַי *N. pr. m.*

מַעֲנֶה *m.* responsum; admissio precum; propositum, consilium.

מַעַן (consilium) לְמַעַן propter; eo consilio ut, ideo ut. לְמַעַן אֲשֶׁר eo consilio ut; propterea quod.

מַעֲנָה *f.* sulcus.

מַעֲנִית *Kri i. q.* מַעֲנָה.

תַּעֲנִית *f.* jejunium.

עָנִים (*pro* עֵינַיִם fontes) *N. pr.* oppidi jud.

עָנֵם (duo fontes) *N. pr.* oppidi in tribu Issaschar (*alibi* עֵין־גַּנִּים).

עֲנָמִים *N. pr.* populi aegypt.

עֲנַמֶּלֶךְ *N. pr.* dei Sepharvaeorum.

עָנַן (*part.* עֹנֵן, *fem.* עֹנְנָה) *et* *Po.* עוֹנֵן (*fut.* יְעוֹנֵן, *part.* מְעוֹנֵן) praestigiis uti. — *Pi.* *v. s.* עָנָן.

עָנָן *st. c.* עֲנַן *m.* nubes. 2) *N. pr. m.*

עָנַן *Pi. denom.* nubes collegit *s.* congregavit, *inf. c. suff.* עַנְנִי.

עֲנָנָה *f.* nubes, nubila.

עֲנַן *m. chald.* nubes.

עֲנָנִי *N. pr. m.*

עֲנָנְיָה (*Ἀνανίας*) *N. pr. m.* 2) *nom.* loci in tribu Benj.

עָנָף *st. c.* עֲנַף *m.* (*pl. c. suff.* עַנְפֵּכֶם, עֲנָפֶיהָ) ramus.

עֲנַף *m. chald.* ramus.

עָנֵף, *fem.* עֲנֵפָה ramosa.

עֲנָק *m.* (*pl.* עֲנָקִים, עֲנָקוֹת) torques, monile (ornamentum colli). — 2) *N. pr.* יְלִידֵי, בְּנֵי עֲנָק (הָעֲנָק), עֲנָקִים, בְּנֵי עֲנָקִים, הָעֲנָק Anacaei, gigantes Hebrone locisque vicinis habitantes.

עָנַק *v. denom.* monili ornavit *s.* cinxit. — *Hiph.* הַעֲנִיק *id.* (*Al.* donis ornavit; *Al.* collo imposuit.)

עָנֵר *N. pr.* socii Abrahami; 2) *i. q.* תַּעְנַךְ.

עָנַשׁ (*fut.* יַעֲנֹשׁ) mulctavit alqm alqa re *sq. accus. dupl.*, punivit *sq.* לְ. — *Niph.* mulctatus est; poenas dedit.

עֹנֶשׁ *m.* mulcta, poena.

עֲנָשׁ *m. chald. id.*

עֵת, עֲנָתוֹת, עַנְתֹתִיָּה *v.* ענה.

עֵנֶת, כְּעֶנֶת *v.* עתת.

עָסַס pressit, conculcavit.

עָסִיס *m.* mustum.

עֹעֵר, יְעֹעֵרוּ *pro* יְעַרְעֵרוּ tollunt (clamorem) *cf.* עוּר *Pil.*

עֵפָה, עֵפָתָה *v.* עֵיפָה *s.* עוּף.

עָפָה *rad. inus. syr.* fronduit arbor, *arab.* luxuriavit herba.

עֳפִי *m., pl.* עֳפָאִים rami et frondes.

עֳפִי *m. chald. id.*

עָפַל — *Py.* intumuit, superbivit. — *Hiph.* arroganter, superbe egit.

עֹפֶל *m.* tumulus, collis. — הָעֹפֶל *N. pr.* clivi in monte Sion orientem versus.— *Pl.* עֳפָלִים, *st. c.* עָפְלֵי tumores ani *cf.* טְחוֹרִים.

עָפְנִי *Nom. gent.*

עַפְעַפַּיִם, עַפְעַפֵּי *v.* עוּף.

עָפַר *rad. inus. arab.* subalbus fuit. — *Pi. v. infra.*

עֹפֶרֶת *f. (part.)* plumbum.

עָפָר *st. c.* עֲפַר *m.* pulvis (*trop.* de solo et terra, magna copia, fragilitate et humilitate, sepulcro); caementum; *pl. constr.* עַפְרוֹת glebae.

עִפֵּר *Pi. denom.* pulverem sparsit *sq.* בֶּעָפָר.

עֹפֶר *m* hinnulus cervae *s.* capreae.

עֵפֶר *N. pr.* filii Midiani; 2) al. virorum.

עָפְרָה *N. pr.* urbis Benjaminit.; 2) urbis Manassitarum; 3) viri cujusd.

עֶפְרוֹן (עֶפְרַיִן) *N. pr.* oppidi in confin. tribus Ephr. 2) montis in confin. trib. Jud. et Benj. 3) Hethitae cujusd.

עֵץ, עֵצִים, עֲצֵי *v.* עצה.

עָצַב (formavit; laboravit; doluit) *transit.* dolore affecit. — *Niph.* dolore se affecit *sq.* בְּ, moeruit de alqa re *sq.* עַל, אֶל. — *Pi.* finxit; moerore affecit. — *Hiph.* finxit, formavit; ad iram provocavit.— *Hithpa.* moerore se affecit; iram concepit.

עֲצַב *chald.* dolore affecit.

עָצָב *m.*, *pl.* עֲצַבִּים simulacra (idolorum).

עֶצֶב, עֹצֶב *m.* vas fictile; labor, molestia; labore partum; dolor.

עֹצֶב *m.* simulacrum (idoli); dolor.

עָצֵב *m.* (*pl. c. suff.* עַצְּבֵיהֶם) operarius, servus.

עַצֶּבֶת, עַצָּבָה *f.* (*st. c.* עַצְּבַת, *pl. c. suff.* עַצְּבוֹתָם) simulacrum (idoli); dolor, moeror.

עִצָּבוֹן *m.* labor molestus; dolor.

מַעֲצֵבָה *f.* dolor, moeror.

עָצַד *rad. inus. arab.* resecuit.

מַעֲצָד *m.* securis.

עָצָה clausit (oculos). — II) *arab.* durus, rebellis fuit.

עֵץ *m.* (*pl.* עֵצִים, עֲצֵי) arbor (עֵץ פְּרִי arbor fructifera); lignum; patibulum.

עֵצָה *f.* lignum *Jer.* 6, 6.— *Aliud v. s.* יעץ.

עָצֶה *m.* spina dorsi.

עֶצְיוֹן גֶּבֶר *N. pr.* portus ad sinum aelaniticum maris rubri.

עָצַל — *Niph.* piger factus est *s.* fuit.

עָצֵל *m.* piger.

עַצְלָה, עַצְלוּת *f.* pigritia; *dual.* עֲצַלְתַּיִם gemina *i. e.* summa pigritia.

עָצַם, עָצֵם validus, robustus fuit, invaluit; multus, numerosus fuit; *trans.* firmiter constrinxit, obligavit (oculos). — *Pi.* עִצֵּם obligavit (oculos); 2) *denom. ab* עֶצֶם: exossavit. — *Hiph.* validum, potentem reddidit.

עָצוּם *m.* validus, potens; numerosus; *pl.* עֲצוּמִים potentes; *Ps.* 10, 10. valida (*scil.* membra; *Al.* catuli leones).

עֶצֶם *f.* (*pl.* עֲצָמִים, עֲצָמוֹת) os; corpus; ipse: בְּעֶצֶם הַיּוֹם

הַזֶּה hoc ipso die. 2) *N. pr.* urbis in tribu Juda.

עֹצֶם *m.* robur; corpus.

עָצְמָה *f.* robur; vis, multitudo.

עַצְמוֹן *N. pr.* oppidi in fin. austral. terrae Cananiticae.

עַצֻמוֹת *f. pl.* robora, munimenta, argumenta firma.

תַּעֲצֻמוֹת *f. pl.* vires.

עֵצֶן *m.* hasta.

עָצַר (*fut.* יַעְצֹר) detinuit, cohibuit alqm *sq.* בְּ, לְ *et inf.*, *accus.*, cohibuit carcere aliquem *sq. accus.*, coercuit imperio *sq.* בְּ; inclusit, occlusit; se continuit (domi); *sq.* כֹּחַ vim retinuit, valuit ad alqd *sq.* לְ, *inf. c.* לְ. — *Niph.* נֶעֱצַר cohibitus est; clausus est; se continuit.

עֶצֶר *m.* imperium.

עֹצֶר *m.* cohibitio, conclusio; angustiae, miseria.

עֲצָרָה, עֲצֶרֶת *f.* coetus; concio populi solemnis.

מַעְצָר *m.* cohibitio, prohibitio.

מַעְצוֹר *m.* impedimentum.

עָקַב (*fut.* יַעְקֹב) a tergo venit, defraudavit; calcem tenuit *cf.* עָקֵב. — *Pi.* retardavit.

עָקֵב *m.* calx; ungula; *pl.* עֲקֵבִים calces; עִקְּבוֹת vestigia; 2) agmen extremum; 3) insidiator.

עָקֹב *m.* locus editus, clivus; *adj.* fraudulentus; *fem.* עֲקֻבָּה vestigiis plena.

עֵקֶב *m.* finis, *adv.* perpetuo; finis laboris, praemium; עֵקֶב, עַל עֵקֶב in praemium, propter; propterea quod; *sq.* אֲשֶׁר, כִּי eo quod, quia.

עָקְבָה *f.* insidiae, fraus.

עַקּוּב *N. pr.* virorum.

יַעֲקֹב (calcem tenens, fraudulentus) *N. pr.* filii Isaaci natu minoris; בְּנֵי יַעֲקֹב, בֵּית י׳, זֶרַע י׳, קְהִלַּת י׳ populus Isr., Israelitae; — 2) populi Isr., terrae Isr., regni Israel. 3) regni Judaici.

יַעֲקֹבָה *N. pr. m.*

עָקַד ligavit, *fut.* יַעֲקֹד.

עָקֹד *m.* (*pl.* עֲקֻדִּים) varius, variegatus.

עָקָה *rad. inus. arab.* retinuit. — עָקָה *subst. v.* עוּק.

מַעֲקֶה *m.* septum tecti, *LXX.* στεφάνη.

עָקַל — *Pu. part.* מְעֻקָּל contortus, perversus.

עֲקַלָּתוֹן *m.* tortuosus.

עֲקַלְקַל *m.*, *pl. f.* עֲקַלְקַלּוֹת tortuosae viae, devia.

עָקַר eradicavit. — *Niph.* eversa est (urbs). — *Pi.* עִקֵּר nervos pedum succidit.

עֲקַר *chald.* evellit. — *Ithp.* avulsus est.

עָקָר *m.* עֲקָרָה, עֲקֶרֶת *f.* sterilis (vir, femina).

עֵקֶר *m.* surculus succisus et tradux, *metaph.* alienigena. 2) *N. pr. m.*

עִקַּר *m. chald.* truncus.

עֶקְרוֹן (exstirpatio) *N. pr.* urbis Philist. tribui Judae, deinde Danitis tributae, Ἀκκαρών. עֶקְרֹנִי *nom. gent.*

עַקְרָב *m.* scorpio; scutica aculeis obsita. — מַעֲלֵה עַקְרַבִּים (adscensus scorpionum) *nom.* loci in fin. austral. Palaestinae, Ἀκραβίν.

עָקַשׁ contorsit, pervertit. — *Niph.* perversus est. — *Pi.* pervertit. — *Hiph.* perversum declaravit.

עִקֵּשׁ *m.* perversus, pravus. 2) *N. pr. m.*

עִקְּשׁוּת *m.* perversitas.

מַעֲקָשׁ *m., pl.* מַעֲקַשִּׁים viae tortuosae.

עָר, עָרִים *v.* עִיר.

עֵר (vigil) *N. pr.* filii Judae; 2) al. viri.

עָרַב (miscuit; permutavit) negotiatus est; spopondit, fidejussit pro alqo *sq. acc.*, לְ; oppigneravit; *imp.* עֲרֹב, *fut.* יַעֲרַב. — *Hithp.* הִתְעָרֵב se miscuit *sq.* בְּ; particeps factus est alcjs rei *sq.* ב; in societatem alcjs venit *sq.* בְּ, לְ, עִם; sponsionem fecit c. alqo *sq.* אֵת. — II) עָרַב dulcis fuit, placuit alicui *sq.* לְ, עַל. — III) עָרַב longius recessit, abiit; occidit sol, vesperavit *Jud.* 19, 9. — *Hiph. inf.* הַעֲרֵב vespere faciendo, vespere.

עֲרַב *chald.* miscuit. — *Ithp.* se commiscuit.

עֲרָב, עֲרַב Arabia; *nom. gent.* עֲרָבִי, עַרְבִי Arabs; *pl.* עַרְבִיאִים, עַרְבִים Arabes.

עֹרֵב *m.* corvus. 2) *N. pr.* principis Midianit. b) rupis trans Jord.

עָרֵב *m.* dulcis, suavis.

עָרֹב *m.* musca canina, *LXX.* κυνόμυια.

עֵרֶב *m.* (*c. art.* הָעֵרֶב) turba peregrinorum; 2) trama, subtegmen.

עֶרֶב *m.* (*fem.* 1 *Sam.* 20, 5.) vespera; בָּעֶרֶב, עֶרֶב, לָעֶרֶב vespere; *pl.* עַרְבוֹת; *dual.* בֵּין הָעַרְבַּיִם inter utramque vesperam (occasum solis et crepusculum). — 2) *pl.* עֲרָבִים, עַרְבֵי salices; נַחַל עֹ׳ torrens in Moabitide.

עֲרָבָה *f.* locus campestris, planities; desertum. 2) הָעֲרָבָה regio campestris, in quam vallis Jordan. circa Hierichuntem excurrit, mare

mortuum complexa (יָם הַע׳ mare mortuum; נַחַל הָע׳ torrens Kidron); b) planities a mari mort. ad sinum usque arab. 3) oppidum in tribu Benj., *nom. gent.* עַרְבָתִי.

עֲרֻבָּה *f.* sponsio, vadimonium; pignus.

עֵרָבוֹן *m.* pignus, arrhabo.

מַעֲרָב *m.* negotiatio, commercium; merces. 2) occidens; מַעֲרָבָה occidentem versus.

מַעֲרָבָה *f.* occidens.

תַּעֲרוּבָה *f.* sponsio, vadimonium.

עָרַג (adscendit) intentus fuit, desideravit *sq.* אֶל, עַל, *fut.* יַעֲרֹג.

עֲרוּגָה *f.* area humi aggestae *(Gartenbeet)*.

עָרַד *rad. inus. arab.* celeriter prosiluit; fugit.

עָרוֹד *m.* onager.

עֲרָד *m. chald.* onager. 2) *hebr. nom. pr.* urbis in deserto Judae; b) viri cujusd.

עָרָה — *Pi.* עֵרָה (*inf.* עָרוֹת. *fut. apoc.* תְּעַר) nudum fecit, nudavit; evertit (fundamentum); evacuavit; effudit (animam). — *Hiph.* הֶעֱרָה nudavit; profudit (vitam). — *Niph.* נַעֲרָה effusus est. — *Hithp.* הִתְעָרָה se nudavit; se diffudit (arbor).

עָרָה *f.*, *pl.* עָרוֹת loca nuda (a silvis).

עֶרְוָה *f.* nuditas; *metaph.* nuditas (terrae *i. e.* loca non munita et aditu facilia); pudendum; turpitudo.

עַרְוָה *f. chald.* damnum.

עֶרְיָה *f.* nuditas.

מַעֲרֶה *m.* locus nudus et planus.

מַעַר *m.* locus nudus; pudendum.

מַעֲרוֹת *f. pl.* loca nuda et plana (*vel* caterva hominum).

מַעֲרָת *N. pr.* oppidi in tr. Juda.

תַּעַר *m.* (*c. suff.* תַּעְרָהּ) novacula; scalprum librarii; vagina.

עָרוֹם, עֲרוּמִים, עָרוֹם *v.* ערם.

עֲרוֹעֵר *v.* ערר.

עֵרִי (vigil) *N. pr.* filii Gadi.

עֲרִיסוֹת *v.* ערס.

עֲרִיפִים *v.* ערף.

עָרִיץ *v.* ערץ.

עֲרִירִים, עֲרִירִי *v.* ערר.

עָרַךְ (*fut.* יַעֲרֹךְ) unum alteri aptavit: d i s p o s u i t, ordinavit, apparavit, proposuit; *sq. et omisso* מִלְחָמָה aciem instruxit; *sq. et omisso* מִלִּים verba seruit, protulit *sq.* לְ ad alqm, *sq.* אֶל adversus alqm; *sq. et omisso* מִשְׁפָּט

causam forensem instruxit, proposuit; ע' בְּרִית foedus definivit; — 2) comparavit, contulit alqd cum alqo *sq.* לְ; *intr.* se comparavit, comparabilis fuit; aestimavit. — *Hiph.* הֶעֱרִיךְ aestimavit, taxavit.

עֵרֶךְ *m.* dispositio, strues, ordo; apparatus (vestium); aestimatio; pretium.

מַעֲרָךְ *m.* dispositio, consilium.

מַעֲרָכָה *f.* dispositio, strues, ordo; instructio aciei, acies instructa.

מַעֲרֶכֶת *f.* strues, ordo; acies instructa.

עָרַל praeputiatus fuit; (*denom. ab* עָרֵל) praeputiatum, impurum habuit. — *Niph.* praeputiatus apparuit.

עָרֵל *st. c.* עֲרַל, עֲרֵל *m.* praeputiatus, non circumcisus; profanus, impurus; *metaph.* ע' שְׂפָתַיִם homo balbus; עֲרֵל לֵב homo animo profano; לְבָבָם הֶעָרֵל eorum animus profanus; עֲרֵלָה אָזְן auris obstructa.

עָרְלָה *f.* praeputium; ע' לֵב impuritas animi; praeputium arboris *i. e.* fructus primi triennii, qui impuri habentur. *Pl.* עֲרָלוֹת, *st.c.* עָרְלוֹת praeputia; *nom. pr.* collis haud procul a Gilgal.

עָרַם (nudavit; impudens, malignus fuit) callidus fuit. — *Hiph.* הֶעֱרִים callidum fecit; callide egit. — II) *Niph.* נֶעֱרַם coacervatus est.

עָרוּם *m.* callidus: prudens; astutus.

עָרוֹם, עָרֹם *m.* (*pl.* עֲרוּמִּים; *fem.* עֲרֻמָּה) nudus; leviter vestitus; solâ tunicâ vestitus.

עֵירֹם, עֵרֹם *m.* nuditas; *adj.* nudus, *pl.* עֵירֻמִּים.

עֹרֶם *m.* astutia.

עָרְמָה *f.* calliditas, dolus; prudentia.

עֲרֵמָה *f.* (*pl.* ־וֹת, ־ים) acervus.

עַרְמוֹן *m.* platanus.

מַעֲרֹם *m.*, *pl.* מַעֲרֻמִּים loca nuda (corporis).

עֵרָן (*i. q.* עֵר) *N. pr. m.*, *patron.* עֵרָנִי.

עָרַס *rad. inus. chald.* commiscuit.

עֲרִיסָה *f.*, *pl.* עֲרִיסוֹת farina aqua mixta, *LXX.* φύραμα. (*Al.* polenta.)

עַרְעוֹר, עֲרֹעֵר, עַרְעָר *v.* ערר.

